

## 8. Anecdota zur Geschichte der Abtei S. Martin bei Trier.

Eberwin, seit 995 Abt von S. Martin, hat uns eine vita des trierschen Bischofs Magnericus hinterlassen, auf den man die Gründung der Abtei zurückführte. Dass der Verfasser dieser Lebensbeschreibung mit dem Biographen des h. Simeon, des Reisebegleiters unseres Erzbischofs Poppo, gleichen Namen führt, ist bekannt; dass beide nur eine und die nämliche Person sind, liegt bei näherem Zusehen auf der Hand, und ist es unbegreiflich, wie trotz des Fingerzeiges, den Maser (Metropol. Trev. I 441) gegeben, erst Marx (Gesch. d. Erzstifts III 255 ff.) es aussprechen musste<sup>1</sup>). In jener vita des h. Magnerich spricht Eberwin auch von den Bedrückungen und Leiden, welche das Kloster des h. Martinus im X. und zu Anfang des XI. Jahrhunderts betroffen haben<sup>2</sup>). Mit Details, welche bisher unbekannt geblieben sind, werden einige Episoden aus jener betrübten Zeit in einer Handschrift der Stadtbibliothek zu Trier erzählt (n. 1413), welche eine Sammlung von Lebensbeschreibungen der Heiligen enthält, dem XI. Jahrhundert angehört und ausdrücklich Eberwin als Auctor angibt. Augenscheinlich ist es das Autographon des Eberwin, das sich erhalten hat. Der Verfasser theilt die Bulle von 976 mit, welche Theoderich, der verdiente Restaurator der Trierischen Kirche, von Benedict VII. erlangt hatte und worin der Papst die Freiheiten jener Kirche bestätigte. Im Anschlusse an diesen Freibrief heisst es dann:

Hac igitur praemissa dira excommunicatione apostolici uiri qui uicario functus officio apostolorum principis Petri meruit quoque similiter sortiri sententiam ligandi, nulli dubium constat ligatos et dampnatos fore qui consensu uel actu seu quolibet modo sanctuarium dei, bona uidelicet ecclesie sancti Martini non timuerint inuadere, inuadendo miserabili et inrecuperabili despoliatione annullari (!). Isti si quidem maiores penas soluent in anima quam Ananias et Saphira in corpore, qui in actibus apostolorum proprii census fraude notati leguntur expirasse. Si enim hos pro denegatione sue proprietatis tam ualida dampnat mortis sententia, quanto magis iudicabit reos ultio diuina qui sibi usurpasserunt uidentur ecclesie bona. Verum ne id lateat posteris et etiam scire cupientibus quibus bonis idem locus sit destitutus, summo arbitri et omnibus eius fidelibus taliter contigisse reuera conquerentes gemendo exponimns. Illis temporis

1) Waitz bleibt sich nicht gleich, wenn er bei Pertz Mon. X 114 die vita S. Magnerici um 975 schon allegirt sein lässt (wo?), ib. 208 die Abfassung derselben in den Anfang des XI. Jahrh. setzt.

2) Der Passus ist abgedruckt Pertz Mon. X 208 sq.

bus cum Heinricus, qui et claudus, sceptra regni teneret atque Leudolfus episcopalem cathedralm treuerensis ecclesie gubernaret<sup>1)</sup>), quidam prepositus sancti Paulini fuerat Adalbero nomine, cuius erant castella Sareburch, Berncastel et Rothiche, qui diuitiis admodum pollebat et ingenuitate. Hic ecclesiam sancti Symphoriani quam tunc monachi sancti Martini possidebant sibi cupiens uendicare, qualiter hoc efficeret laborabat tota animi intentione. Consuetudo namque fuit in festo sancti Symforiani partem aliquam eorumdem monachorum cum suo apparatu illuc conuenire et tempore competenti diuinis inibi laudes celebraturos commanere. Tali ergo sollemnitate completorio finito cum monachi iam terciam partem noctis quievissent, subito ualidus clamor oritur rusticorum: nam ruptis funibus molendinum unum in aliud impegit sicque transeundo aliquibus aliis suum abstulit consistorium. Hic itaque fratres incendum fore idem tale aliquid pertimescentes apertis ianuis foras se proripiunt et in huiusmodi spectaculi aliquantis per subsistunt, cum subito subintrat episcopus sanctorum patrocinia quesitus. Adest supradictus praepositus A(del)bergo, orationes suadet abbreviari clamitans modo proditionem loci illius posse cognoscere de quo ipse sibi solitus esset frequentius intimare. Quid plura? Consilio inito cruces, pallia, libros et omnia inde auferunt et per fideles nuncios ad sanctum Paulinum dirigunt. Illis uix egradientibus intrantes monachi dampnum quod factum fuerat quemlibet interrogantes referunt sieque licet mesti matutinos persoluere non neglegunt. Mane autem facto quasi harum ignarus aduenit episcopus et inter missarum sollemnia fratribus rem gestam excommunicando inuestigare suggestribus, ille multum eos inculpans induciis dilatabat quasi id certius inquisitus. Interea sepunctus praepositus ecclesiam pecunia cum suis appendicibus sibi vindicauit eamque cum consensu episcopi sancto Paulino quamdiu ibi praefuit iniuste optimuit<sup>2)</sup>. Depraedatis itaque circumquaque sepius proclamantibus usque dum ad extrema vite deductus est episcopus. Qui licet sero tamen penituit quod erga sanctum Martinum deliquit, multum conquestus se errore niri esse deceptum et quod ille inepte concesserat cum quamtotius (!) conualeceret deuotus spondet sancto redditurum. Sed morte praeuentus quod promiserat non est assecutus. Unde uideat et decernat omnium ius diligentium ceteri si iuste uel canonice locus noster suo hereditario iure sit priuatus, cum uterque apud deum et homines et canonica censura credatur diiudicatus, emptor supplantatione unius ecclesie alteri interdicta concedendo (?). Igitur Liudolfo viam uniuersae carnis ingresso Heinricus imperator Meingaudo electum (!) a clero et populo episcopatum dedit eumque intronizandum Treuerim direxit. Quod uidens supradictus Adelbero praepositus palatium asyle Treuerorum occupat eique resistere totis uiribus parat, indignum ferens quod eadem dignitas sibi denegata fuerat. Meingaudus autem utpote rufus et nondum roboratus promittendo et dando adiutores adquirit, inter quos Rauingerum de Madelberg et Odelbertum de Stalle internuncios et consiliarios

1) Heinrich II. 1002–1024. Ludolf d. Sachse 994–1008.

2) Vgl. Gest. Trev. Pertz Mon. X 171 sq.

elegit eisque de proprio sancti Martini ad LX<sup>1)</sup>) mansus donec in proximo aliud eis beneficium daret praestitit. Constituit etiam ut quotannis eorum usui cederetur inuestitura(m) idem tres nummos de una quaque hoba<sup>2)</sup> ecclesię soluerent, insuper et traditoriam decimam dare non neglegerent de uillis quorum hęc sunt nomina. Besilich. Hunswinkele. Girste. . . . . cum suis appendiciis, donec rursus redderetur monachis. Quod utique in praesens dilatando non sine querimonia remansit. Non solum autem hęc, sed quicquid de episcopatu uidentur habere, nostrum fuisse liquet antiquorum uerissima assertione.

Est eccllesia cum villa Cardiniacus dicta in ripa Moselle, non longe hinc posita, que etiam cum suis appendiciis sancti Martini taliter dinoscitur esse hereditaria. Siquidem arbor fraxinus in atrio ecclesię ipsius, quod multi nostrorum uiderunt, steterat, sub cuius frondibus marmorea columna altitudinem et latitudinem unius pedis concavum demonstrarat. Singulis ergo annis consuetudo erat hominum loci illius in festo sancti Martini huc conuenientibus, censem suum huic marmori infundendo, tunc demum profiterentur persoluisse, cum cumulum nummorum nudatus ensis potuisset eradere. Quam violentia huius sedis episcopi Ruoperti et suorum successorum iniuste nobis subtractam deo conquerimus atque omnibus eius fidelibus.

Ich mache auf diese Stelle ausdrücklich aufmerksam 1) wegen Erwähnung der zu S. Martin gehörigen villa Cardiniacus mit ihrer Kirche, welche sonst nirgend vorkommt und sich schwerlich bestimmen lässt; natürlich kann an Carden (Cardona) nicht gedacht werden; sie muss nahe bei Trier gelegen haben; 2) wegen des merkwürdigen Rechtsgebrauches, den die Freunde deutscher Rechtsalterthümer nicht unbeachtet lassen dürfen: die Esche vor der Kirche, der hohle Marmorstein, die eigenthümliche Weise der Zinszahlung sind lauter beachtenswerthe Momente, die zur Vergleichung auffordern.

An das obige knüpfen sich auf f. 36 des Codex folgende Mittheilungen, deren Inhalt zum Theil bekannt ist: Zuerst ein Verzeichniss der dem Kloster vorenthaltenen Güter:

Ad Welenum sunt. VI. mansus. et ad Cūbun iuxta Looncamp. XI. mansus et dimidiis. Ad Mimcele uillam. II. mansus. Ad Euuefon mansus unus. Eccllesia de Osanna. Ad Rore iuxta Selchheim. VII. mansus unus. Ad Uastrau, quod est uallis. IIII. mansus. Ad Figele. XIII. mansus. et. I. ad Mercelich. Ad Biedenburch. VIII. mansus et ecclesia in media villa. Inter Luuische et Rimiche. XVI. mansus. Quorum summa est LXXX. mansus et due ecclesię. Hęc utique s. Martini fuisse certissime scimus, sed taliter amisisse ignaros breuiter dicebimus (!). Abbe Albrico ipsius loci admodum industri uiro nature cedenti monachis depulsis Heinricus qui tunc pontificabat cuique sibi manus melius implenti quedam ex istis concessit allodiis, sieque aliquos uillanos clericos inibi diuinis

1) Die Gestae erster Redaction haben LXXX., die Recensionen B u. C LX. Pertz Mon. X, 171.

2) Ueber huoba, nchd. huobe, nhd. hufe (gemessenes und gehegtes Landstück, meist = mansus) s. Grimm R. A. 584 f. Du Cange-Henschel III, 722.

deliberauit seruitiis. Quod sepius dum esset factum, id est modo exeuntibus monachis, modo intrantibus canonicis, in huius modi interuallis praenotata distributa sunt bona, ut diximus, ab episcopis quibusque auide potentibus etiam dei inimicis. Taliter enim ut praefati sumus, iste locuples locus est adnihilatus et omnibus transeuntibus in sibilum factus.

Sed cum omnipotens deus commemoratam inviationem<sup>1)</sup> tam indiscretam uellet solita pietate stabiliri nec diutius canonicos immorari, contigit tale signum. IIII. non. iul. quod est in ipsa translatione s. Martini. Nam aurora surgente cum quisque de latibulo suo ecclesiam intrasset ymnosque matutinales uix somnolenter canere cepissent, subito inter eos apparuit uir ueneranda(e) canicie, mediocris stature, atque episcopali baculo quemque potenter increpans cogebat exire. Aiebat enim ingeminans, percutiendo tardius exeuntes: exite ignau, Martinus monachus fuit, non canonicus. Illis ita recendentibus alternum longa infirmitas corripuit, alterum subita mors inuasit, sicque locus deinceps arbitrio monachorum subiaecuit. Unde nimirum contigit episcopum Theodericum, gratia renouandi locum Benedictum papam Romę adiuuisse et super hac re consuluisse atque kartam suprascriptam ad confirmationem bonorum loci istius detulisse.

Ergo nos qui hec scribimus ammonemus uos, o filii ecclesie, expurgisci mini et deum pluimque patronum s. Martinum precibus pulsate, insuper et aures principum uel iudicium assiduis querelis lassessite et filios hominum iuste indicare implorate matri ecclesie ut inuste ablata restituantur, ne in nouissimo ante tribunal Christi consentientes cum raptoribus rei de taciturnitate iudicentur.

Die Vergleichung mit den in den Urkunden Theoderichs von 975 und K. Ottos II. vom selben Jahre (s. Beyer Urkdb. I p. 715 f.) genannten und der Abtei verliehenen, resp. restituirten Ortschaften und Kirchen lehrt, dass es sich hier um solche handelt, die auch nach jener Restitution dem Kloster vorenthalten blieben. Man sollte erwarten, dass die villa Cardiniacus entweder in der einen oder der andern Klasse von Orten genannt sei, was aber merkwürdiger Weise nicht der Fall ist. An Identität derselben mit einem der erwähnten Orte ist bei geauer Prüfung der letztern nicht zu denken, an die Kirche des h. Victor vor der Moselbrücke in Trier schon deswegen nicht, weil zu dieser keine villa gehörte.

Zum Schlusse finden sich Antiphonen, Sequenzen und Responsorien in festivitate S. Magnerici, die ich dem Leser erspare, da sie weder historischen noch poetischen Werth haben.

Dr. F. X. Kraus.

1) 'Inviatio' = iniuria, kommt sonst meines Wissens nicht vor; doch findet sich inviare Solin. c. 8. und invia Litter. a. 1358. tom. 3. Ordinat. Reg. p. 317. Du Cange-Henschel III 892.